

Vix  
 Maxime Reverende  
 atq; Amplissime,  
 observanter colende.

Vix Brunsvigâ ad lares nostros redi,  
 heri per cataphractum Serenissimus  
 Princeps Rudolphus Augustus non  
 sine imperii gaudii indicis cū mellitissimis  
 Tuas literas exhibet, et Perillupris ac  
 Generosissimi WELSERI vestri, nec non  
 optimi Parentis tui præclara munera  
 exosculanda offert. Dum codices

~~Actos~~ evolvo, idemum intelligo,  
 quod addit Serenissimus: Ab omni  
 „avo literis ac virtute clarissima  
 „Norimberga impensi in me affectus  
 „pretiosissima dedit pignora.

Quod et in me hac magis WELSERI  
 gratia reuerendiq; parentis tui benigni-  
 tas redundet, devotus agnosco.

Dabo operam, intelligat posteritas  
 et hac Vestra in publicam rem lite-  
 rariam beneficia. Execlyto WELSERO  
 submisit porro me commendabit, quem  
 uniuersus orbis eruditus incompara-  
 bilem colit cheranaten ac illustren-  
 adorat Prasidem. Reuerabili quoq;  
Seni, Dn. Parenti Tuo, Tibiq;, Vir

207

Maxime Reo. benignissimo Suius fortune  
autori, aeternum me obligatum ingenue  
profiteor. Ceterum Wallerodiana  
Historia quae fuerunt fata, illustris  
Johannes Ernestus à Wallerod  
non sine lacrymis ex Borussia signifi-  
cavit, cujus elegantissimas literas  
eruditissimis Tuis junctas ser. veperi  
è Principis manu accepi. Flammam  
feralem pinxit, quae eruditissimi paren-  
tis sui, Cancellarii olim Excellentissimi,  
ut rem familiarem omnem ita et Bibli-  
othecam in fumum ac cineres subito  
convertit, ut ipse tunc octo annorum  
puer animoso ac generoso saltu per  
ferestram, à terra remotiorem, injuriam  
flamma à suo corpore propulsare

fuerit coactus. Ne sare eadem flamma  
 uri sensi, hinc damna atq; incendia intuity.  
 Sic abeunt ex orbe, et cum fumo coelum  
 petant, monumenta literaria luce digni-  
 sima, ut terebrarum injuriam fardem  
 evitent, dum nimis diu in umbra deli-  
 tuerant.

Erigit animum

spes magna, quam ex celeberrimo Wur-  
 tenbergenfis Ducis Consiliario Praegi-  
 zero orbi facis, cujus affectum quod  
 benevole mihi conciliaveris, beneficium  
 beneficio cumulasti. Quod iuspi-  
 fiet proxime, quando literis eum exora-  
 vero, ut rebus porro favcat Ducis  
 Rudolphi Augusti. Dux Gotthardus  
 nostro Duci hanc ita pridem elegantia  
 descha suo pertinentia communicavit.

202

Generosissimus Dominus ab Imhoff,  
Apostolicus Jucum in Curia Casarea  
sodie ablegatus, Casarem Majestatem  
hoc Jucij negotium sic commendavit,  
ut monumenta isthaec Jucij fidei  
committi clementissime mandaret.

Ex Helvetia expectamus alia  
illustri Imhoffi: itidem opera.

De cetero, ut edeam ad R. Vir.  
Maxime Reverende Theologorum  
eloquentissime, quas Tibi es ego  
debebo gratias pro variis Tuis  
praclarissimis muneribus. Ne  
delectant dum inspicio me urget,  
me movent, dum lego. Admiror  
exactam Eregesi, Theologorum  
deus elegantissimum. Excellis

et in hac arte. Si laetior Tibi  
 ac luculentior in Ulstri Patria  
 dudum fuisset sparta, quae et  
 dignitate et opibus tunc crescit  
 profecto, quantum in me foret,  
 apud quos nos hos curarem,  
 Professoris Theologicae ac Superin-  
 tendenturae Generalis cum illa  
 combinata in hac Academia  
 munus Tibi conferretur.  
 Quam beati foremus! Sed  
 longe jam es superior. Locus  
 illustrior, dignitas amplior  
 veneratio major, munus locu-  
 plentius, Tibi in splendidissima  
 Patria jam contigit. Alium  
 in ordine Professorum Theologorum

apud nos proxime occupabit locum  
Fabricius Vester. Rationem  
beatissimam Quae nobis in pace  
desideraverat, sed tunc  
nunc à Brandenburgeribus  
nunc à Saxone.

De cetero te absentem colere  
Theologum non desinam, pro  
praesente habiturus, quoties  
benignissimam Tuam manum  
intuebor. Vale ac vive  
Decus Quilefiae florentissimae.

Qui Maxime Reverende

Helmsl. A. 1697. Cui observandi  
D. S. Martii. f. 100.  
f. 100.